CONSILIORVM, SIVE RESPONSORVM

D. PETRI PHILIPPI CORNEI

PATRICII PERVSINI,

PONTIFICII, AC CAESAREIQVE IVRIS CONSVLTISSIMI,

Volumen Primum.

Nunc recens non mediocri cura, & diligentia excuſum, & à mendis repurgatum.

Cum Summarijs, & Indice locupletiſſimo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VENETIIS, MDLXXXII.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM D. PETRI PHILIPPI CORNEI PATRICII PERVSINI,

PONTIFICII, CAESAREIQVE IVRIS CONSVLTISSIMI

Volumen Primum.

SVMMARIVM.

SOCIETAS censetur continuari inter tutorem ſocium defuncti & eius filium pupillum, quando tutor trafficum communiter adminiſtrauit.

1 *Exercitia maritima magni facienda ſunt, cum in mari maxima & continua immineant pericula.*

2 *Societas iniuſtè inita non tenet.*

3 *Quando tutor aggreditur negocium inſolitum, non cenſetur illud gerere nomine pupilli.*

4 *In dubia donatione quando cadunt termini remunerationis præſumitur uera donatio.*

5 *Voluntas facto datur intelligi.*

6 *Ex affectione interpretatur.*

7 *Quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*

8 *Societas non poteſt contrahi cum pupillo ſine tutoris auctoritate.*

CONSILIVM PRIMVM.

IN nomine domini nſi Ieſu Chriſti. ¶ In hac conſultatione uidetur aperta fronte dicendum, quod quæſita per dictum Frāciſcum ex eius traffico & mercantiis nō veniāt communicanda cum dictis ſuis nepotibus, ſuiſq; pupillis. Nā cōſtat, ꝙ ſocietas, quę præſupponitur inita inter dictum Petrū & Franciſ. fuit finita morte dicti Franci. vt eſt expreſſum in l. uerū. §. ſocietas diſſoluit, & l. actione. §. morte & l. adeo ff. pro ſocio & inſt. eo. ti. §. ſoluitur. Nec videtur cum pupillis renouata ſocietas ꝑ dictum Franc. quia d. Franc. nō fecit mercaturam nomine pupillorum, ꝙ appareat. Sed in dubio creditur exercuiſſe nomine proprio, arg. l. & magis. ff. de ſo. & l. Papi. ff. man. extrinſeca n. perſona non ſubintelligitur. l. ſi ita ſtipulatus. §. Cryſogonus, de verb. ob. Et opera pupillorum nulla eſt circa huiuſmodi mercantias maximè maritimas, ut eſt de ſe notiſſimum, & facit tex. in l. ſi. ff. de lib. cauſa. vbi ſatis probatur, ꝙ regulariter operę pupilli ſunt nullius conſiderationis, licet quandoque ſint aliquæ vt ibi. & in l. cæterum ff. de rei uen. & ibi glo. & Ang. in caſu quo aliquæ operæ potuiſſent eſſe illæ, nō præſupponitur adhibitæ in dictæ mercaturæ exercitio. Ideo ſocietas lucri & quæſtus æqualis non videtur iuſtè contracta inter d. Franc. & filios Petri pupillos, cum Franc. poneret in traffico perſonam & induſtriam, & perſonæ periculum. Quod magni faciendū eſt in exercitio maritimo, cum in mari maximè quotidie immineāt pericula, vt docet experientia rerum magiſtra. c. quām ſit. in prin. de elec. li. 6. c. ſtatutum. in prin. eod. ti. & l. legatis. §. ornatricib. de le. 3. Nec videretur conueniens, quod dicti nepotes, qui tantū capitalia habebant in dicto traffico, quantum dictus Franc. qui poſuit ultra operas & induſtriam & periculum perſonæ, cum ſocietas debeat eſſe inita arbitrio boni uiri. l. unde ſi Nerua. ff. pro ſocio. ideo qui plus confert in ſocietatem, plus debet de lucro conſequi, prout ſentit gloſella interlinearis, in uer. quales. §. 1. inſt. pro ſo. Non ergo fuiſſet conueniens natura ſocietatis, quòd poſt mortem d. Petri d. Franc. ſolū dimidiū conſequeretur eorum, quę ſuperlucratus fuit in dicto exercitio mercaturæ prout ſuaderet proſequutio, ſeu renouatio ſocietatis antiquę, quæ (prout præſupponitur) inita fuit in uita d. Petri inter eum & Franciſcum pro uirilibus prout etiam præſupponitur pro parte dictæ Pantaſilcę.

2 † Et ſocietas iniuſtè inita forte non tenet propter ſupra dicta. Nec cenſetur quis velle facere actum inutilē, vel damnabilem; arg. l. ſi quando. ff. de leg. i. & l. quoties in actionibus. de rebus dub. & l. meritò. ff. pro ſoc. & l. i. ff. de mili. teſt. nec actum ſibi danoſum, arg. l. cum de indeb. ff. de proba. & l. ſi cum aurum de ſol. quinimmo quanto vtilius ſibi poteſt, iuxta. l. i. cum ibi notatis. ff. de ſolu. Accedunt quæ tangit Bar. in l. gerit. ff. de acquiren. hęredita. te. in 6. colu. Sed magis utile uerisimile erat dicto Franciſco trafficare nomine ſuo proprio dūtaxat, quām nomine communi ſuo & pupillorum cōtrahendo cum ipſis pupillis ſocietatem, quorum nullæ erant operę ſaltē circa illud exercitium. Et qui poterant, ſi læſi fuiſſent, petere in integ. reſti. ut in toto titu. de mino. ff. & C. Et ſaltem (tanquam ſocietas non foret palam contracta per tutorem) poterant dicere non eſſe obligatos ex ſocietate. l. pupil. §. item ipſe. ff. de auth. tu. & l. non exiſtimo ff. de admi. tut. & l. tutor rerum, a contrario ſenſu. cod. ti. & l. cum ipſe. C. de contrah. emp. Et dato quod potuiſſet defendi, intererat ſua litibus non vexari. l. minoribus 25. an. ſubuenitur. ff. de minoribus, ita quod non videtur veriſimile, quod prudens homo voluerit pecuniam pupillorum ponere in ſocietatem, eam ſubiiciendo maximè periculis maris. Et propterea concludit Bartol. in l. Titium & Meuium. §. altero, de admin. tu. quod cum pupillis non contrahitur ſocietas per tutorem poſt mortē patris negociantem, ponderat, quod cum eis non poteſt contrahi ſocietas l. ut in conditionibus. ff. pro ſocio. Item ponderat, quod tutor cenſetur potius nomine ſuo contrahere. Item, ꝙ pupillus non negociatur, & cum eius dictis tranſeunt Salic. & Rap. in d. l. ſi patruus, & idem vult Bar. in l. cum duob. §. Papi. ff. pro ſocio, & ibi Bald. per d. l. ut in conditionib. & his rationib. iunctis nonnullis aliis conſului pro Paulucis in hac ciuitate. Quod non conteantur ipſi cum pupillis ſuis, eorumque nepotibus contraxiſſe ſocietatem, licèt proſequuti fuerint trafficum, & licèt trafficum communiter geſſerint cū patre pupillorū in eius vita. Et ſe ſubſcripſerunt plures ſolemnes viri ex noſtris, & alienis doc. Vnde ex his videtur dicendū, ꝙ bona quæſita per dictum Franciſ. poſt mortem dicti Petri